

Reges & Sa-  
cerdotes a  
Deo constitu-  
ti in aeternum

altitudine sublimitatis incomprehensibile; sic ergo nos fecit regnum, & Sacerdotium. Iesus fecit suos servos, Reges, & Sacerdotes, non ut eos, qui temporaliter regnant, sed multo excellentiori modo, nam qui temporaliter dominantur, tam in suo regno, quam vitæ annorum cursu, certam termini periodum habent, at qui à Deo constituti, cum quadam duratione sine fine, quæ ad aeternitatem extenditur.

172.  
Ansbertus.

Quinò Ansbertus: *Ipsi sunt Reges, i. se & Sacerdotes; ipsi & altare, ipsi & sacrificium, quia & tumulus carnalium vitiorum contra se insurgentes, ut Reges reserant; & sacrificium mortificationis, & laudis, ut Sacerdotes, Deo immolant & corda sua igne compunctionis, anquam altare succendunt, & corpus suum a presentis sæculi voluptatibus mortificant, ut hostia viva fiat.*

Verò Reges, ac sacerdotes, altare & sacrificium, qui obit & castro vivunt. Cath.

Servi Christi Reges sunt, cum per dei gratiam, expugnant vitia proprios appetitus refrænant sobrie, & castè deo vivunt, & tunc etiam constituuntur Sacerdotes, quia nimirum corpus, & membra suo deo, ut hostiam mactant, ac offerunt. Carthusian. *Se ipsos offerunt Deo, & corpora sua mortificant per penitentia actus, & per compunctionem internam animas suas immolant Creatori.*

173.  
Ansbertus.  
Rex verus in se ipsum habet dominium.

Sextò. Expende illud Ansberti: *Quia & tumulus carnalium vitiorum contra se insurgentes, ut Reges reserant.* Christus fideles suos fecit Reges; non tantum dominatum in alios exercentes, sed etiam in se ipsos, quod est mirabilis, ac excellentius, dum proprios appetitus edomant, ac refrænant, & eos subditos rationi continent, nullum regnum majus, nullumque splendidius, dum quilibet amputatis vitis, purè ac sanctè deo vivit.

174.  
Eccles. 49.

Ecclesiasticus 49. num. 17. ait: *Ioseph, qui natus est homo, princeps fructum firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi.* Ioseph minimus ferè omnium fratrum suorum erat; & tamen non solum ad eorum principatum evehitur, sed etiam ad hoc, ut esset firmamentum gentis, & stabilimentum populi, gentes, & populos optimè gubernans; & unde illi tanta gloria, tantisque principatus obvenit. Rectè Paulus de Palacios, hoc ad primam Iosephi commendationem refert, nempe; *qui natus est homo; hoc est, qui ab ipsis pene cunabilis, indomitos appetitus coërcuit, & refrænavit, & vices hominis sic adimplevit, ut pessima fratrum crimina damnet, ac petulantia scemina resisteret. Qui ergo hominem sic adimplebat, suisque appetitibus dominabatur, jam regni auspiciam in se præbebat, ut exinde Rex, & princeps aliorum haberetur.* D. Synesius lib. de Regno ait: *Is consentaneum regnandi initium caperit, qui ab eo, quod secundum naturam est, imperandi auspiciam fecerit: quoniam quicumque rationis expertes partes, circumas, ac tractabiles reddens, rationi obsequentes fecerit, ad unius principatus sapienter moderamen, multitudinem componit; hic verè divinus sive Rex, sive privatus, homo est.* Perpende, unde sumatur regni auspiciam, ab eo quod secundum naturam est: ab eo nempe, qui hominem induit, & repugnantes illi indres exiit, ac deponit.

Synesius.

decanat Regius vates: *Tibi offerens Reges munera.* Psalm. 67. n. 30. deus plus æstimat duo ara minuta pauperula viduæ. Luc. 21. n. 2. quam amplissima munera Regum, quid ergo magnum dicit Pfalter in eo, quod Reges offerant deo? Cur ergo non potius dicit; pauperula viduæ offerent deo munera, quando hæc acceptiora, & gratiora solent esse deo? Sanctè Regius, vates de pauperibus loquitur, quos propriæ virtutes sic extollunt, ut Reges dicantur; non enim Pfalter Reges appellat, qui sceptro, ac coròna, & purpura in mundo nobilitantur. sed eos dicit Reges, qui suis cupiditibus dominantur; pauperes erant, qui dona offerebant, nam purpurati mundiales, qui vitis se vivunt, ut viles reputantur à deo; pauperes verò, qui vitis amputatis, in iustitia persistunt tanquam Reges, ac Principes in magna æstimatione habentur D. Ambrosius in lib. de Nabathe, cap. 16. *Pauper fide divior est, sobrietate locupletior; & cum sit pauper, ex illis est, de quibus dicitur: Tibi offerens Reges munera. Non enim purpuratis offerentibus, sed motus proprio regentibus, Dominus Iesus delectatur, qui corporalis lascivia mentis dominantur imperio.*

175.  
Psalm. 67.

Reges & Principes acclamantur ex virtutibus, non ex subiectis populis.

D. Ambr.

QUÆSTIO XXIV.

Quare prius regnum; postea Sacerdotes ponuntur?

Adjunxit Joannes Reges, & Sacerdotes, nam utraque hæc potestas manus sibi dant, ad tutamentum, ac adjuvamen republicæ. Cum omnes filii regis essent mortui ab Athalia, & Joas regis filius esset absconditus in templo, ut tamen ad regnum paternum elevaretur, *Misi Joasida, & assumpsi Centuriones, & milites, & introduxit in templum Domini, & reg. 11. n. 4.* Ecce Joasida Sacerdos maximus, milites, & centuriones vocat ad regni fulcimentum, & ad tuendum regale jus; non enim est alienum à Sacerdote maximo, ut regnum, ac regem armis protegat, militesque convoct ac disponat amore tuendæ patriæ. Manus sibi fricant Princeps, & Pontifex, in quem locum de Joasida Sacerdote loquens Petrus Damianus lib. 8. Epistola 6. ait: *Sciebat enim, quod utraque dignitas aliena invicem utilitatis est indiga, dum & Sacerdotium regni tuit. one protegitur, & regnum Sacerdotis officii sanctitate fulciunt.*

176.

4. Reg. 11. Regia, & Sacerdotalis dignitas ad tuendam Rempublicam.

D. Damianus.

Quæstio tamen est, cur Joannes prius regnum posuit, deinde Sacerdotium, cum Sacerdotium præstantius, & excellentius sit; Qui dignè, ac debite Sacerdotio vult insigniri regiam virtutum nobilitatem debet habere. Petrus Damianus lib. 3. Epist. 4. *Qui se per ignobilisatem secularis viæ, ab ingenio præcedentium patrum stemmate degenerat, dignum profecto est, ut à Sacerdotio censura Ecclesiastica vigor expellat: nobilem ergo necesse est esse Ecclesiæ Sacerdotem ut qui minister est Domini, erubescat se servum esse peccati.*

177.  
Sacerdos plenus sit nobilitate virtutum. Damianus.

Secundò. Ait Joannes *Fecit nos regnum, & Sacerdotes.* Deo. Prius posuit regnum, deinde Sacerdotes. ut eos conungeret Deo tanquam quid

178.  
Eccles. 7.

Sacerdos toto affectu fuerit in Deum.

quid maxime propinquum, ac proximum Deo; sic ait Syracides Ecclesiast. 7. n. 31. *In tota anima tua time Deum, & Sacerdotes ejus sanctifica, & n. 33. Honorifica Deum in tota anima tua, & honorifica Sacerdotes ejus.* Ubi post deum statim adjunxit Sacerdotes, cui Sacerdotes servant & in quem toto affectu, mente, ac operatione debent ferri. D. Cyprian. lib. 3. Epist. 9. *Salomon restatur, ait, & docet quæ sit Sacerdotalis auctoritas.*

179.  
Sacerdos supra hominem

Exod. 30.

Lyran.

180.  
Levit. 16.

D. Cyrill.

181.  
Syrac.

Quid mirum, quod Sacerdos juxta deum ponatur, cum Sacerdos dignitate sit quid supra hominem, & quodammodo penè Deus. Mandat deus oleo sancto Aaronem, ac Sacerdotes consecrari, & ait: *Caro hominis non ungetur.* Exod. 30. num. 32. Nonne oleo unguendus est Sacerdos, qui homo est? quomodo mandatur, quod caro hominis non ungetur? Consecrandus est Pontifex, & Sacerdos; jam non homo est, sed quid supra hominem Lyranus. *Profecto Sacerdotes quantum ad officium, sunt supra homines.*

Dicitur Levitic. 16. n. 17. *Nullus homo sit in tabernaculo, quando Pontifex Sanctuarium ingreditur.* Liquidò pater genitricis sensus: mysticè percunctò, quid est, quod Moyses hominem à tabernaculo excludit, cum Sacerdotem admittat? quia Sacerdos veluti homo non est, sed aliquid supra hominem Noster D. Cyrillus lib. 4. in Levit. *Ego sic accipio, ait, quod qui potuerit Christum sequi, & penetrare cum eo interius tabernaculum, jam non erit homo, sed secundum verbum ipsius, tanquam Angelus Dei.*

QUÆSTIO XXV.

Quare Joannes imprecatur Christo gloriam, & imperium?

Adjunxit Joannes: *ipse gloria, & imperium.* Syriacus. *Ipsi gloria & potentia, Christo D. adscribit gloriam, potentiam, & imperium: nam ex Christi gloriâ, imperio & potentia derivatur, quod Ecclesia Christi plena sit potentia, gloriâ & impetio, ac de suis hostibus triumphaverit, & in cælo sit in æternum triumphatura.*

Secundò. Respondet Albert. Magn. *Ipsi gloria, qui fecit nos Sacerdotes; & ipsi imperium, quia fecit Reges.* Vel gratia in sua natura, imperium verò in se habetam creaturam. Aliter & tertio. Respondet Bernard. Senens. *Ipsi gloria, quia glorificat electos ex sua misericordia; & imperium quia condemnat reprobos, exigente justitia.* Idem habet Richard. Victorin. *Ipsi gloria quantum ad electos, imperium quantum ad reprobos; gloria ut eum electi glorificent, imperium, ut eum reprobi formident; gloria, ut laudetur a bonis pro collatis beneficiis; imperium, ut à pravis timeatur pro perpetratis malis gloria, quia glorificat electos pro justitia, imperium, quo condemnat reprobos pro culpa.* Cur ergo respectu justorum, decantatur gloria; respectu verò impiorum imperium; Ut pro gloria collata iustis eum glorificent, eique obsequia præstent: Impii verò, ob æquissimum imperium, cum ut punientem formident, ac timeant.

Tertio. Cardinalis Hugo: *Imperium ipsi, ait,*

ut ei obediamus, & obtemperemus, ut sic cum eo in æternum vivamus. Hebr. 12. *Quanto magis obtemperabimus Patri spirituum, & vivemus in gloria simul participes.* sacula seculorum, datur Deo gloria, & imperium; ut nos cognoscentes ejus imperium, ei ut supremo Dominatori cum debita obedientiâ obtemperemus, ut inde ejus gloriæ participemus cum eo in æternum regnantes in sacula seculorum.

Quartò Cælius Pannonius sic ait: *Hoc breviter eantico docemur, ad omne beneficium recepturus gratias Deo agere. Sic Moyses, liberato populo, cui dux constitutus fuerat, posteaquam mare traussit: vasa potentia Dei; solum eantico caris: Agit itaque Joannes vices gravissimi hominis, ut gloriam tribuat Deo, imperiumque, & id quidem in ævum; nos quoque, qui tantis beneficiis cumulati sumus per Christum, ut dilectos citra merita nostra lavaret in sanguine suo, mundaret conscientias nostras à mortis operibus, faceret insuper Deo regnum, & Sacerdotes, utique agere similes gratias debemus, satagentes in omni opere bono, ut gratia inveniamur coram illo, in tempore quo statuemur ante tribunal ejus. Idem glorias Joannes deo refert, optans ei omnem majestatem imperium, & potentiam, & quæ de causa modo tam sollicitum se ejus gloriæ ostendit; Dixerat antea: *Lavis nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum, & Sacerdotes.* Cum ergo tot beneficia accepta essent ante oculos, inde eum omnibus titulis gloriæ profectur, nos docens, ut pro beneficiis acceptis maxime nos gratos exhibeamus.*

Hugo Obediãtia Deo, ut eius gloria simul participes.

184.  
Pannon Pro beneficiis gratias persolvimus Deo.

And. Cæf.

185.

Cant. 5.

Ad gratias agendas sponsa convocat sodales.

Gilbert.

86. Joan 5.

Apud Ioan. cap. 5. Sanatus à Christo est homo, iussusque ut lectulum efferret humeris, num. 9. urgent homines improbi: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum, &c. De morbo non agunt, sed de grabato, ut diem à Christo fractum dicant sicut iterum n. 12. Quis est ille, qui dixit tibi: tolle grabatum tuum? At homo nihil de grabato asportato, sed tantum de sanitate recepta agit, num. 11. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit. Quod etiam iterum facit num. 15. Abiit ille homo, & nuntiavit Judæis, quia Jesus esset, qui fecit eum sanum. Ecce Judæi solum grabatum asportatum dicunt, ut Christum inique arguant, at qui fuerat paralyticus, solum sanitatem sibi collatam annuntiat, publicat, ac divulgat, ut gratum se recognoscens suo benefactori, à quo tantum donum acceperat, simulque suam confessione alios invitans, ut tantum benefactorem agnoscant, eique gratias persolvant. D. Chrysostom. homil. 27. in Matth. Inuere, ait, hominem in pietate perseverantem; cum illi creditum semper crimen adducerent, hic semper excusationem, in medium profertur, ut populum ad eius cognitionem, ac familiaritatem alliciat.

Gratus homo Dei beneficiis, laudat, ut Auditores Deo jungat.

D. Chryf.

Apoc. I. n. 7. Ecce veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ. Etiam, Amen.

Num. 8. Ego sum a & w, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens.

VERSIONES.

Nicetas n. 7. Ecce egredietur cum nubibus.

Arabicus. En ipse venturus est cum nubibus, & videbit eum omnis oculo præditus, & ii, qui pupugerunt eum, & flebunt, plangentque id omnes tribus, verè etiam, verè.

Syrus. Et videbunt eum omnes populi, etiam homines illi, qui confoderunt eum, & plangent super ipsum omnes tribus terræ.

Primaf. Et qui eum confixerunt.

Pagnin. Vatabl. Et qui eum compunxerunt.

Arias. Et qui eum transfixerunt.

S. Fulgentius. Et qui eum crucifixerunt.

Mariana. Et plangent se propter ipsum omnes familiaræ, vel gentes; vera, & certa sunt, quæ dico.

Arabic. n. 8. Ego sum Aleph & Ye, primus, & ultimus, dicit Dominus Deus, qui nunquam destitit, & est, & venturus est, omnia tenens.

Syrus. Ego sum Aleph, & Tau, dicit Dominus Deus, &c. & qui tenet omnia.

Tertull. Ego Dominus, qui est, & qui fuit, & qui veniet.

EXPOSITIO V.

CEE dupliciter exponi potest. Primò, ut significet temporis certitudinem, sicut alibi dicitur Ecce venio cito, ecce venio. Vel est adverbium indicans, quod præsentis tempore demonstratur; ut Ecce homo, sicut Pilatus dixit. Ecce venis, quasi dicat, cito Christus veniet ad iudicium, & jam spiritu prophetico video illum eminens venientem in nubibus, ut dicitur Matth. 24. n. 30. Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum maiestate multa. Et tunc suo tempore: Videbit eum omnis oculus; tam humanus, quam Angelicus, & etiam eorum, qui eum pupugerunt. Alii juxta varias lectiones legunt: Confixerunt, transfixerunt, crucifixerunt. Videtur alludi ad locum Zachariæ 12. num. 10. Confixerunt. Scilicet tum physicè clavis, lancea, tum moraliter maledicis linguis, & sceleribus suis. Ex quo patet, quòd in Christo veniente ad iudicium videbuntur signa crucifixionis, sci licet apertura manuum, pedum, lateris, splendida, & fulgida, ut probavi tom. 5. in Evang. lib. 9.

187.

Matth. 14.

Zachar. 12.

Et plangent super eum: id est, causa ipsius, seu propter eum, nempe ob iniquitates, ac impietates, quas occasione, scelerum in ipsum admittorum commiserunt, ut explicant D. August. Theodoret. Rupertus, Ribera, Viegas, & alii. Omnes tribus terræ: Non solum Judæi, sed à ii etiam omnes, qui vel fidem non receperunt, vel opera fide sua digna non fecerunt. Etiam, amen: Utrumque adverbium posuit in Græco unum, quod idem est, ac etiam, alterum in Hebræico idiomate, Amen, & unumquodque significat, ita certè, ac omnino erit, & illa geminatio est maxime affirmantis, quòd ita erit ut frequenter indicat illa repetitione Scriptura Amen, Amen. Ex quo quæres, cur Joannes vocabula diversarum linguarum commiserit, cum dicere potuerit, Amen, amen? Respondet, ut indicaret, quòd id quod dicebat, in hominibus omnium linguarum

188.

D. August. Theodor. Rupert. Veiga. Vicgas.

Cur Joannes vocabula diversarum linguarum posuerit.

linguarum erat confirmandum, ex omnibusque nationibus venturos homines ad iudicium, visurosque Christum, & ex omnibus tribus multos futuros, qui plangent super eum.

Ego sum, a & w. Continuata serie loquitur Christus; ut dicam q. 10 & quid significet, sicut cant sequentia verba principium & finis. Nam hæc duæ literæ aperiant, & claudunt Græcum Alphabetum. Ac si dicat Christus, quemadmodum ego primus omnium sum, & omnes homines creavi; ita etiam sum finis, ad quem omnes venturi sunt, ut iudicentur, & pro factis digna recipiant, quod tunc fiet, cum in mundi fine Christus veniet cum potestate sibi à Patre commissa iudicandi omnes. Qui eras, & qui est: Vide vers. 4. Exposit. 3. n. 102. Omnipotens: ut inde sciatur, & credatur omnino futurum, quod prædicatur: Deus cum sit omnipotens, ejus voluntati nemo resistere valet.

189.

QUESTIO XXVI.

Quare Ioannes hic facit mentionem de die iudicii?

Ad questionem respondet Richardus Victorin. cap. 2. Post salutationem, ait, adiungit quadam de adventu Christi, & errore iudicii futuri, ut si ex beneficiis, quæ in saluatione continentur, Deum diligere negligimus, saltem ex minis, quæ sequuntur, ipsum timeamus. Si propter dulcia, quæ procedunt, contempnimus bona facere, propter amara, quæ sequuntur, formidemus mala perpetrare; si non irabimur ad Deum hoc, quod demulcet, saltem ab adversa parte nos repellat id, quod terret. Similiter D. Bernard. Senens. Hic subditur ejus potestas, ait, quia apparebit in secundo adventu ad vindictam malorum, ut qui timore primi adventus, peccata non dimiserunt, saltem ex timore secundi adventus, resiliant à peccatis. Joannes in presenti cum ait, Ecce veni in nubibus: de finali iudicio interponit sermonem: antea totus erat Evangelista in enarrandis eximii Christi beneficiis: Qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris, & fecit nos regnum, & Sacerdotes. Cur non progreditur ultra ad referenda alia beneficia; sed sermonem vertit ad horrorem timentis iudicii, ac terrorem finalis diei, diei calamitatis, & miseræ? Cur ex beneficiis commemoratis ad comminationes tremendas iudicii divertit sermonem; Optime quidem; ut si quis ad rectè agendum benignitate, ac donis non allicitur, saltem metu terrefactus ad id commoveatur: Si non trahit ad Deum hoc, quod demulcet; saltem ab adversa parte nos repellat id, quod terret.

190. Richard.

D. Bern. Senens.

Si benignitas non adducit

Isai. 6.

majestatem reverebantur, dicentes: Plena est omnis terra gloria ejus. Seu, ut explicat D. Thomas, provisione liberalitatis ejus: Ob largitatem suorum beneficiorum. Aliter nefarii spiritus clamabant ad Christum: Quid nobis, & tibi, Jesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos? Matth. 8. num. 29. Ecce dæmones non fatentur Jesum filium Dei, nisi ejus severitatis acrimoniam sentientes. Aliter divini illi spiritus, non ex pœnarum acore, sed ex beneficiorum gustu, sapiunt dominum. Angeli, ut pote felicissimo ingenio præditi; deum ex beneficiis recognoscunt. At dæmones duro, & infelici ingenio imbuti, non nisi flagris ad dei confessionem excitantur. Philippus Abbas epistol. 4. Sciunt ergo Deum Diaboli, Sciunt & Cherubim, sed illi, ut sentiant iratum punitorem, isti, ut gratum protectorem. Vide discrimen; dæmones sentunt iratum punitorem; Sancti gratum, ac beneficium protectorem, & benefactorem.

Marth. 8.

Iniqui timem punitorem, Iusti venerantur beneficium protectorem.

Philipp.

191.

In magnam offensam incurrit Heli, quòd filios non corripuit, & tamen corripuit: Heli audivit omnia, quæ faciebant filii sui universo Israel: & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ observabant ad ostium tabernaculi; & dixit eis, quare faciis res hujusmodi, quas ego audio, res pessimas? 1. Reg. 2. num. 22. Ecce corripuit filios suos: quomodo arguitur, quòd eos non objurgasset? Magis honorasti filios tuos, quam me. Ibidem num. 29. Verum est, quod reprehendit, sed cum leniter, ac suaviter hoc præstiterit, idem est, quasi non corripuisset, nam cum iniquis & perveris non leniter, sed severe, ac dure est agendum, ut trahantur; aliter inutilis censetur admonitio. Theodoretus ibi: Horum iniquitas non egebat levibus medicamentibus, sed acerrimis.

1. Reg. 2.

Iniqui per dura & aspera, trahuntur.

Theod.

QUESTIO XXVII.

Quare dicitur, quod ecce venit, non alius, nec Angelus, sed ipsemet Christus?

Illà particula ecce, ut notat Cælius Panonius, quandam ram subitam & insperatam demonstrat, de quo inexpectato adventu ait Christus Matth. 24. n. 37. Sicut autem in diebus Noë, ita erit adventus filii hominis. Sicut enim evenit tempore Noë, sic eveniet tempore adventus filii hominis; & sicut tunc non expectabatur diluvium, sic minime finale iudicium, & sicut tunc erant in diebus ante diluvium comedentes, & bibentes, & nuptii tradentes usque ad eum diem, quo intravit Noë in arcam, & non cognoverunt, donec venit diluvium, & tulit omnes: Ita erit adventus filii hominis. Ibidem n. 38 & 39. Veluti æquali modo inter prandia, ac nuptiarum delicias, inopinatum diluvii excidium venit hominibus indulgentibus inter suas cupiditates, ac voluptates, sic etiam adveniet ultimus dies repentini iudicii finalis, ut inde maxime crescat iniquorum dolor, quòd repente ex mundanis illecebris transeant ad tartareos cruciatus. Valde durum, ac acerbum est, ex summa indulgentia transire ad summum miseriarum barathrum

193. Panon.

Matth. 24.

Maximus iniquorum dolor, quòd ex deliciis transeant ad cruciatus.

deinde